Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

crificem diis tuis. iube mundari
plateas ut omnes clament ualen
ter. et omnes congregentur in templum
quoniam nicea et aquila sacrificare habent
diis. **T**unc congregatus est populus m
ultus. **E**t dixit rex ad eas. **N**icea
et aquila ecce congregatus est populus. sa
crificate diis meis. **E**t statim cucur
rerunt ad carcerem in quo erat sanctus
xpoforus. et clamabant magna uo
ce dicentes. **O**ra pro nobis famule
dei ut liberet nos de idolis. **A**t ubi
ingresse sunt in templum. clamabant
et idola. **D**ii paganorum audite nos. **H**ec
tercio dixerunt. et non uox in illis.
Dicebant nicea et aquila. **E**cce con
gregatus est populus. forte sompnum ceperit
et non audiunt nos. aut aliquod artifi
cium operantur. et non illis uacat. **T**unc
nicea soluit cinctorium suum et posuit
in collo iouis. et traxerunt ambe et
iactauerunt eum. **S**imiliter apollini
fecerunt et dixerunt. **S**i dii estis. leua
te et adiuuate uos. **V**idens autem rex
quod manu confringerent. dixit eis. **E**go
iusseram ut diis meis sacrificaretis.
non ut eos concideretis. **D**ixerunt autem
ei ministri. **C**olliduntur. **T**unc iussit
rex ut ferreas catenas in manibus
et pedibus earum mitterent. et sic suspen
derent eas. ut membra eius dirru
perent. **E**t cum torquerent. uiderunt
sanctum xpoforum. et clamabant ad eum
dicentes. **A**thleta dei ora pro nobis.
quoniam propter nomen dei tui hec pa
timur. **T**unc iussit rex pyram ingentem
fieri. ut in ignem mitterent. **E**t cum
misse fuissent in ignem dixerunt. **D**o
mine qui misisti angelum tuum in ca
minum ignis ardentis ad tres pueros

et liberasti eos de medio flamme oran
tes. mitte angelum tuum ut liberet nos
de isto igne. et erubescat tyrannus
cum ministris suis. **T**unc factus
est ignis tamquam ros qui de celo de
scendit. et exierunt illese. et odor ig
nis eas non tetigit. **V**idens autem rex
quod famulas dei nocere non posset.
gladio eas feriri iussit. et compleuerunt
martirium. **E**xemplo autem magnum
testimonium perhibentes. crediderunt
in domino ihesu xpo. et dicebant. **M**agnus
est deus xpianorum. qui confitentes
se non dereliquet. **P**ost hec sedens
rex pro tribunali. sanctum xpoforum sibi of
ferri iussit. cui et dixit. **C**hananee
malefice. usque quo in hac stulticia per
seueras. et quamdiu potero te tolerare.
Sacrificas diis an non. **S**anctus xpoforus
dixit. **A**dhuc non erubescis quod tanto
triumpho martires te superarunt. **E**go
uellem ut xpianus effici mereberis.
et derelinqueres demones. et adorares
xpistum qui regnat in celis. qui habet
potestatem in hac uita dampnare. et
post mortem iudicare. **R**ex dixit. **A**d
huc in hac stulticia perseueras. **X**po
forus respondit. **E**go non sum stultus et insipiens.
sed tu qui opera patris tui diaboli
persequeris. et derelinquis deum eternum.
Tunc iratus rex iussit ligari manus
et pedes eius. et cedi cum ferreis uirgis.
et mitti in caput eius cassidem igneam.
Tunc tres consules dixerunt dagno.
Melius fuisset tibi mori quam
huic famulo dei tale adhiberes
tormentum. **E**t accensus ira. precepit
eos interfici. **T**unc sanctus xpoforus dixit
ad regem. **S**i adhuc ampliora
tormenta adhibeas. magis michi